ratione ab ea discedere posse humillime rogantes, Regia sua Maiestas, non solum eorp, quæ antea per eos acta fuissent, sed etiam huius declarationis suæ, quæ priora acta renouarent, et confirmarent memor esse uellet, Rex recepta, et lecta huiusmodi scriptura respondit se quoq in eadem Catholicorum sententia esse, ut per Colloquium neq Concilio uniuersali neq auctoritati Pontificis derogari, nec Ecclesiasticorum officijs dignitati et Juramentis ullum detrimentum aut præiuditium offerri deberet. Quo responso á Rege accepto Catholici prædictam declarationis suæ scripturam actis Cancellariæ publicis Moguntinensis in memoriam et fidem rei incorporari procurarunt

his ad hunc modum de instituendo Colloquio peractis de forma et processu Colloquij consultatio instituta est in qua quidé de quinq rebus actum est de personis, de rebus, de processu, de tempore et loco,

Personæ multiplicis generis sunt Presidens, Assessores, Colloquentes, Adiuncti Colloquentium, Auditores, et Notarij

Presidentem Rex, quia Colloquio personaliter presidere non potuit, et loco eius præsideat constituit Rudolphum Episcopum Spirensem.

Assessores erunt ex utraq parte duo, Ex parte Catholicorum Archiepis Treuirensis Elector, et Archiepis Salzburgensis. Ex parte Confessionistarum Augustus Dux Saxoniæ Elector Christoforus Dux Virtemburgensis hi omnes Colloquio personaliter interesse debeant, nisi iusta ex causa impediti adesse non poterunt. quo casu alios in suum locum Viros honoratos et prudentes ex prelatis, et Ecclesiarum Cathedralium Capitis Comitibus uel Baronibus substituent

Colloquentes

Colloquentes ex utraq parte erunt sex. Ex parte Catholicorum Julius Eps Neuburgensis. Michael Eps Marsburgensis. Joannes Delphius Suffraganeus Argentinensis Joannes Groppenus Prepositus Bonnensis. Martinus Vtenhouius Doctor Professor Louanensis, Petrus Canisius ex Societate Jesu.

Ex parte Confessionistarum D. Philippus Melanchton professor Theologiæ Wittemburgensis. D. Joannes Brentius prepositus Stuttgardiensis. D. Eberhardus Schneppius professor Theologiæ et supintendens Venensis. D. Joannes Machabeus Scotus supintendens Ducatus holsacensis. Magr Georgius Cnaz supintendens Onolizbachensis. Magr Joannes Pistorius Niduanus in hassia.

Adiuncti ex utraq parte erunt sex. Ex parte Catholicorum Joanes Lindanus Doctor et professor Dilingensis Mathias Ostrandus Concionator Aquensis. Nicolaus de la Noice. uel Nicolaus Gadanus professores in Treuenenses in Austria ex Societate Jesu, Joannes Gressenicus Concionator Ducis Bauariæ Georgius Witzelius. Fridericus Staphilus. Ex parte Confessionistarum, Magister henricus Stoll Theologus haidelbergensis. D. Andreas Musculus. professor Theologiæ Franckfortæ ad Oderam. D. Joachimus Morlin supintendens Ciuitatis Bransuicensis. D. Joannes Marckbag supintendens Argentinensis Magister Vipinus Strigelius Professor Theologiæ Venensis. Victorinus Magister, Rogerius professor Theologiæ Grifaldensis.

Additi sunt ex utraq parte Colloquentibus et adiunctis supnumerarij quidam, et ex his numerus Colloquentium. et adiunctorum in casu quo aliqui